



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

194. De diligentia corporis Domini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De Presbyteris qui , celebrata Missa , non
communicant. *Ex Canonibus*

Apostolorum.

C X C I I . Si quis Episcopus aut Presbyter
aut Diaconus vel quilibet ex sacerdotali cata-
logo facta oblatione non communicaverit ,
aut causam dicat ; & si rationabilis fuerit , ve-
niam consequatur ; aut si non dixerit , com-
munione privetur , tanquam qui populo cau-
sa læsionis extiterit .

Canon. Apo.
stolor. c. 9.
Burchard. lib.
3. c. 79.

Quod fideles laici communicare debeant.

Vnde suprà.

C X C I I I . Omnes fideles Christiani qui
ingrediuntur Ecclesiam die dominico , & scrip-
turas Apostolorum & evangelium audiunt ,
non autem perseverant in oratione usque dum
Missa peragatur , nec sanctam communionem
percipiunt , velut inquietudines Ecclesiæ com-
moventes convenient communione privari .

Can. Aposto-
lor. c. 10.
Burchard. lib.
2. c. 67.

Vnde suprà.

Omnes qui ingrediuntur Ecclesiam Dei &
scripturas sanctas audiunt , neque communi-
cant in oratione cum populo , sed pro quadam
intemperantia se à perceptione sanctæ com-
munionis avertunt , hi de Ecclesia removean-
tur quandiu per confessionem pœnitentiæ fru-
ctus ostendant .

Burchard. lib.
2. c. 68.

De diligentia corporis Domini. *Ex defini-*
tione ecclesiasticorum dogmatum.

C X C I V . Cotidie eucharistiæ commu - Burchard. lib.

G

§. c. 15. &
Dilt. 2. de
consecr. c. 13.

nionem percipere nec laudo nec vitupero, omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est, gravari magis dico eucharistiae perceptione quam purificari. Et ideo quamvis quis peccato mordeatur, peccandi de cetero voluntatem non habeat, & communicaturus satisficiat lacrymis & orationibus, & confidens de Dei misericordia, accedat ad eucharistiam intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico quem mortalia peccata non gravant. [*Vide Hincmarum in fine epistola x l.*]

Item sanctus Augustinus ad Januarium.

August. epist.
118.
Burchard. lib.
§. c. 16.

Luc. 19.
Matth. 8.

Cl. mens
epist. 2.
Remedius Cu-
riensis c. i.

Dixerit quispiam non cotidie accipiendam eucharistiam, alius affirmet cotidie. Faciat unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neque enim litigaverunt inter se, aut quisquam eorum se alteri præposuit, Zachæus & ille centurio, cum alter eorum gaudens in domo sua suscepit Dominum, alter dixerit: *Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum.* ambo salvatorem honorificantes, quamvis non uno modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Ad hoc valet quod manna secundum propriam voluntatem in ore cujusque sapiebat.

De eadem re. *Ex epistola Clementis
Pape.*

C X C V. Certè tanta in altari holocausta offerantur quanta populo sufficere debeant. Quod si remanferint, in crastinum non refer-